



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

367. Feria 4. Dominica 4. Adventûs. Quæ virtutes, ut impetrentur à  
Sanctis, poscendæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

654 Feria 3. Domin. 4. Adventus.

lux, qui solus nescit ignorantiam; Judex omnium, minoratus ab Angelis & hominibus. Patris nutum constanter in omnibus exequitur, imò & hominum; ipse Principem mundi ejecit, ipse est Dominus Virtutum, fidelis, & vigil pro omnibus.

*Conf.* 3. Accedendo ad Angelum custodem, eumque rogando, ut mihi in celesti patria audientiam impetret apud 9. choros sanctorum Angelorum, coram quibus positus, & nuditatem ac paupertatem professus petam 1. à Seraphinis charitatem. 2. A Cherubinis sapientiam. 3. A Thronis humilitatem. 4. A Dominationibus Spiritus libertatem. 5. A Potestatibus inimicorum animæ victoriam. 6. A Virtutibus profectum in omni virtute. 7. A Principatibus obedientiam Deo & Prælaris exhibendam. 8. Ab Archangelis Eidem. 8. Ab Angelis auxilium in omnibus vitæ successibus, & exactam custodiam disciplinæ.

MEDITATIO CCCLXVII.

Feria 4. Domin. 4. Adventus

*Quæ virtutes, ut impetrentur à Sanctis  
pescenda.*

**A**spiciam Sanctos omnes cum omni virtute Domino seruietes. Petam earum fieri particeps.

*Conf.*

*Feria 4. Dom. 4. Adventus. 655*

*Conf. 1. Quanta fuerit Patriarcharum fides, Prophetarum Spes, Apostolorum caritas, Martyrum fortitudo, Pontificum cura, Doctorum sapientia, Confessorum obedientia, Virginum castitas, & gaudebo de tanta virtute Sanctorum omnium.*

*Conf. 2. Et confitebor me coram omnibus sanctis pauperem, & egnum, ulcerosum, & quasi ostiatim ab eis mendicabo, i. a sanctis Patriarchis Fidem. 2: A Prophetis Spem. 3. Ab Apostolis charitatem. 4. A Martyribus fortitudinem. 5. A Pontificibus sollicitudinem. 6. A Doctoribus sapientiam. 7. A Confessoribus Obedientiam, 8. A Virginibus Castitatem.*

**MEDITATIO CCCLXVIII.**

*Feria 5. Dominic. 4. Advent.*

*Quid praterea boni ad preparandas vias Domini cupiam.*

*Aspiciam meam inopiam & necessitatem preparationis ad Domini Adventum. Petam a Domino sequentes virtutes.*

*Conf. 1. Si homo homini tam sollicitè parat competēs hospitium, cavetque, ne quidquam desit amico venturo, quanto amplius me convenit agere, ut quàm optimè venturum Deum Incarnatum accipiam.*

*Conf. 2. Quàm sit mihi necessarium, ut me*

**EE 4 Deus**